

— ARQUIVO DA



UNIVERSIDADE —

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS
E
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

1573

Os graduados em Universidade aprovada po-
dem receber ordens a título de ciência
sem património ou benefício.

Gav. 6 - Maço 2 - N.º 35

~ ~ ~ GREGORIVS AT. XIII.

A d futuram rei memoriam. Provisionis nostra debet prouenire subsidio, ut ius suum unicuique conseruitur. Hinc est, quod nos tenorem quarundam literarum felicis recordationis Pij Papa quinti praedicatoris nostri in secretaria domestica ipsius praedicatoris repertum, pro eo quod sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii nostri Henrici Cardinalis Infanti Portugallia nuncupati petitio continebat, ipse huiusmodi tenore ex certis causis dinoscatur indigere, ex minuta originali de ueste ad uestibulum transcribi, et ad eiusdem Henrici Cardinalis supplicantis instantiam praesentibus annotari fecimus, qui est talis a tergo. Videlicet. Dilato filio nostro Henrico Tituli sanctorum quatuor coronatorum pbro Cardinale Infanti Portugalliae nostro, et apostolice sedis in Portugallia, et Algarbiorum Regnis de latere legato, Intus vero Pius Papa quintus. Dilato fili nostro salutem, et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis pro parte Venerabilium frum Archipiscoporum, et Episcoporum infra terminos sua legationis consistentium petitio continebat, quod ipsi prouide considerantes, utilitati, et necessitatibus Ecclesiarum suarum id plurimum expedire, nummopre cupiebant uivos doctos, magistros videlicet, seu doctores, et licentiatos, aut bachelarios formatos in Theologia, vel iure canonico, si praeuio diligentia exanimi digni reperti forent, hinc illi Ecclesiasticum beneficium pensionem, vel patrimonium, pro ut de iure, et Concilij Tridentini decretis cauebatus, non haberent ad saecos et presbiteratus ordines promoueri posse, cum tales iuxta partium istarum conueredinem nunquam soliti fuerint cum ordinis de decoro mendicare, aut sordidum quatum proficer inopiam exercere. Verum quia obstantibus praemissis id eis absq; speciali nostra, et apostolice sedis permissione non putabani licere, nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Seos autem hinc Ecclesiarum quarumlibet utilitatem, et commodum, nec non Ecclesiastici ordinis dignitatem ubiq; florere summis affectibus procuremus, et deideremus, de praemissis tamen certam notitiam non habentes, circumspectioni tuae, de cuius summa prudentia, et fidei integritate plurimum in Domino confidimus, tenore praeventum committimus, atq; mandamus, ut de praemissis te diligenter informes, et si per informationem eandem refereris pro necessitate, aut utilitate dictarum Ecclesiarum expedire, ut doctores, licentiatos, et bachelarii huiusmodi, ut praefecti, ordinentur, quodq; timendum non sit eos cum ordinis de decoro mendicare, aut sordidum quatum proficer inopiam exercere posse, super quo conscientiam tuam oneramus, eisdem Magistris, seu doctoribus, et licentiatis, nec non qui sex annis ad minus in infrascriptis scientijs taliter studuerint, ut si eis suppetenter facultates doctores creari merito possent. Bachelariis formatis in Theologia, vel iure canonico in Universitate approbata, graduatis in auctate legitima constitutis, et als idoneis, et habilibus ad saecos etiam presbiteratus ordines promoueri uolentibus, si praeuio diligentia examine per te ipsum, aut personas probatae uita, et spectata conscientia ad id per te specialiter deputandas faciendo, uita, et morum honestate, et integritate cum scientia literarum possere eos repereris, super quo etiam tuam conscientiam oneramus, ut etiam si Ecclesiasticum beneficium, aut pensionem, vel patrimonium nullum habeant, ad dictos saecos etiam presbiteratus ordines a proprijs eorum Episcopis, iniuneto tamen eisdem, ut ordinandis huiusmodi de bene filiis competentibus nostra, et apostolice sedis dispositioni non reveruatis, in eorum dioc, et mensibus primo vacaturis omnino prouidante, vel de corundem Episcoporum licentia a quocunq; catholico Antistite se promoueri facere libere, et hinc ualeant. Episcopis vero, et Antistiti predictis eos promouendi licentiam, et facultatem conuadere posse, eavundem tenore praeventum permittimus, et indulgemus. Tibiq; auctoritatem pariter, et force statim imparimus. Non obstantibus praemissis, et quibusvis alijs apostolis, ac in provincialibus, et synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ceterisq; contrariis quibusvis, Datum Roma apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatori die. viij. Octobri. M. D. Lxviii. Pontificatus nostri Anno tertio. Ceterum ut eavundem literarum tenor predictus sic inveni, omnimodam rei, et facti certitudinem facias. auctoritate apostolica decernimus, ut istud idem robur, eademq; uim, et eundem uigorem dictus tenor per omnia habeat, quo haberent originales litterae supradictae, ac eadem prorsus eisdem tenori fides adhibeatur quandoq; et ubiq; sine in iudicio, sine alibi ulifuerit exhibitus, vel ostensus, ac eisdem tenori firmiter retinetur in omnibus, sicut eisdem originalibus litteris staretur, si forent exhibita, vel ostensa. Per hoc autem nullum ius cuicunque de novo aequiri uolumus, sed antiquum tantummodo conservandi. Dat Roma apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatori die. xx. Maij. M. D. Lxxviii. Pontificis festi Anno Primo.

... Ca: Gloriosus: ...



p.^a se poderem ordenar de todas as Ordens Sa-
craas os preceitos p.^a illas sendo Doutores Li-
cenciados ou Bachareis Formados nas Fa-
culdades de Teologia, e Canones em Univ. oportuado

Breve do Papa Gregorio xiii. dado em Roma a 20. de Maio do anno de 1573.
no 5.º anno do seu Pontificado, pelo qual confirmou, e mandou, que tivesse
tanto vigor, como o proprio original, o transumpto do Breve, aqui inserto,
do Papa Pio 5.º dado em Roma a 8. de Outubro do anno de 1568. pelo qual con-
cedeu, que os Doutores, Licenciados, e Bachareis Formados nas Faculdades
de Teologia, e Canones em Universidade aprovada precedendo exame de
suficiencia se podessem Ordenar de todas as Ordens Sacras atitulo de Scien-
cia sem haver ser preceito Patrimonio, ou Beneficio p. v. has servir de titulo; e

Nos concedeo isto em razão da necessidade, que tinha as Igrejas de Portugal representada pelos Arcebispos, e Bispos; co conhecimento, e exequência ponderado no dito Breve foi cometido a vigilância, e conscientia do Infante Cardeal D. Henrique Legado a latere do mesmo Papa no Reino de Portugal, e seus Dominios.

جذب و جذب فی الموسیقی

